

mensā. donec gratiā egerimus ei
qui dedit cibum. Unde dicit apolus
intrauit in quandā sanctimoni
alem que laduca sine benedictō
ne comedit. Secundo debet comi
tari lectio ad spiritualem refectio
nem. Unde beatus Augustinus in
regula. Cum acciditis ad mensā
donec inde resurgatis quod vobis fin
consuetudinem legitur sine tumultu
a contentione audite. nec vobis
sole fauces fumant cibū si aures
esuriant verbum dei. Tertio debet
sequi laus ad gratia adōnes
pri. *Conit.* Hinc ergo māduca
tis siue bibitis vel aliquid aliud
facitis omnia in gloriā dei facite.

Sequitur sermo tertius eiusdem.

St puerum hic qui hēt
quinque panes et duos pisces
a duos pisces accipit super
Sicut dicit Augustinus non est magnū
pasce ventres cito morituros: si
magnū est pasce animas in eter
nū victuras. Conuiuū ergo istud
quod per milia hominum exceptis mulie
ribus a paruul refecit. Sed conuiuū
spirituale quod per istud signatur
multo plures faciat. Sicut autem
tūc in illo conuiuio quinquē panes
fuerūt: sic in spūali conuiuio quin
que panes distingui possunt. Primus
est panis penitentialis. Secundus
panis sacramentalis. Tertius est pa
nis materialis. Quartus est panis
infernalis. Quintus est panis cele

stis. Primus autem panis est peniten
tialis. De quo dicitur in psalmo. Ciba
bis nos pane lacrimarum et potum
nobis dabis in lacrimis in mensura
Panis enim a potu lacrimarum datur
nobis in mensura: infra mensurā
et supra mensurā. In mensura qui
expositionis datur: quod quantum ho
mo delectatur in peccatis tantum debet
se affligere in penitentie lamentis.
Dicit autem infra mensurā duratio
nis: quia panis lacrimarum est
transitorius. panis vero consolati
onis qui in celo datur erit perpetuus.
Datur vero supra mensuram
moderationis. quod ille panis lacri
marum moderat et mensurate
suscipitur. panis vero eterne so
lacionis supra mensuram datur.
De isto pane dicitur in psalmo. Surgi
te postquam sederitis qui manducatis
panem doloris. Et si dicat propheta.
Vos qui dormiistis sono culpe:
quod diu sedistis tempore negligētie:
qui diu manducastis voracitate
gule. modo surgite et manducate
panem doloris et penitentie. Hic
autem panis penitentie confici
tur quando peccata minutatim
conteruntur. Ex grano ergo inte
gro non conficitur panis. ex gra
no autem fracto bene panis con
ficitur: sed non delicatus habetur.
Ex grano vero minutatim contri
to: et etiam in farina redacto pa
nis conficitur delicatus. Sic etiam
dicendum est de corde humano.
Quidam enim homines habent